



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 50. Fons rapidus a Bonniveto Admirali expugnatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

eadem quoque sententia Trimollio, & Cabannio Marefcallo infederat, ac Helvetii etiam, quos ea die ipfemet Rex ducebat, ingentem pugnandi aviditatem testabantur: nec idem tamen placuit Caftillonio Marefcallo; dicebat enim, denfiffimam effe nebulam, nec hoftem ab amico difcerni poffe, in hac ergo incertitudine Regis vitam tanto difcrimini haud exponendam. Annuebant ceteri, præpoftero tamen fuffeffu; amifit enim Francifcus occafionem, qua bello vix fuffepto totum Cæfaris exercitum penitus delere potuiffet; fecundus quippe prælii eventus adeo certus erat, ut Imperator exercitus fui cladem pertimefcens primus Valentianas aufugerit.

§. L.

Fons rapidus a Bonniveto Admirali expugnatus.

In Hispania Bonnivetus Admiralis Fontem rapidum Regis nomine expugnavit, miffoque nuncio Francifcum hac de re certiozem reddidit, fignificans, fperare fe, brevi oppidum quoque Sancti Sebaftiani Gallorum armis fubactum iri.

*Mem. du
Bellai l. x.*

G 4

§. LI.